



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

VI. An praedicta cambia cum lucro intra idem regnum institui possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

cie moneta restitatur, & famulus cambium instituens deteriorer moneta creditori reddat, obligandum esse creditori compensare quanti sua intererat debitum in ea specie moneta restitutum esse, quia media voluntate dominus creditori quantum est quo iure non debet famulus illum priuare. Si autem dominus nihil curat an creditori in ea specie moneta, vel in alia viliori debitum restitatur (quod presumendum non est) nullam comparatione creditoris obligationem famulus subbit, bene tamen comparatione domini, cuius pecuniam contra eius voluntatem expendit.

5 Ministri vero Regis, ut sunt thesaurarii, alique depositarii in quorum dominium videtur depositum transire cum obligatione tantumdem Regi vel eius creditoribus reddere, d. expedit in ea specie moneta quam accipiunt debita soluere, omninoque a negotiatione abstinent. Si autem monetam pretiosam deteriorer committunt lucro inde moderato suscepto sustineri poterit secundum Mol. disp. 402. post med. Salas tr. de camb. d. 7. n. 3.

PUNCTUM IV.

Quo titulo campfor lucrari possit accipiens hic pecunias ut alibi reddat?

- 1 Expenditur vario.
- 2 Corollarium ex superiori Doctrina.
- 3 Aliquando ea traiectione pecunia campfori compensatur.

1 Ob hanc causam lucrum aliquid moderatum permitti campfori recepta est ferè omnium Doctorum sententia. Vt tradunt post alios Caiet. tr. de camb. c. 1. & 6. Medina de cambis q. 4. Sotus 6. de iustit. q. 10. art. 1. Nauar. c. 17. n. 289. & ad e. fin. de vsur. n. 21. Mol. disp. 4. 3. Rebell. lib. 1. q. 6. Lessius cap. 23. dub. 3. Ludovic. Lopez instruct. negotiar. lib. 2. de camb. c. 4. Gasp. Koderic. lib. 3. de annis redditib. q. 3. num. 7. & alij. Ratio est quia campfor pecuniam accipiens non solum obligatur tantumdem reddere tradenti, sed obligatur eam reddere diuerso loco: at hæc obligatio pretio est estimabilis, quia æquale obligationi transferendi illam pecuniam in eum locum. Neque refert campfori commodum esse eo in loco pecuniam reddere, quo minus non possit ob eam causam aliquid accipere, quia id per accidens est, & suæ inultitæ & fortunæ tubicandam. Sicuti eueniret nuncio quo eum pacem innes de transferenda pecunia ex Matro in Romanam stipendio obligato, qui si pecuniam ibidem depositam haberet, aut postmodum inueniret qui gratis ibidem numeraret pollet stipendium accipere, ac si de facto transulisset, quia sufficit eminens, & virtualis translatio. Quantitas autem lucri ex consuetudine timoratorum desumi debet, illud est ferè ab omnibus receptum, quod locus in pecunia tradenda est longius distat ab eo in quo recipitur, & iter periculosus est eo amplius stipulari posse, quia ea translatio pecuniæ ex se difficilior, & periculosior est.

Hinc non improbabiter Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 19. n. 7. à peccato mortali, & iniustitia defendit praxim quorundam nuntiorum, qui ab vno conducti ad literas deferendas redissimulata ab altero se iterum conduci sine mercede integra accepta, quia obligatio, & obsequium secundo conductori præstitum æquè mercede dignum est, ac si nuntius conductus non esset, siquidem illa prior conductio nec secundo conductori nocua est, neque illius obsequium minus vtile reddit. Et ob eandem causam locans equum Petro vt è Matro in Romanam deferat accepto stipendio pro deputatione, & reditu si Romæ existens inuenias quem Matro miserat, poterit nouum ab illo stipendium accipere, quia id tunc industriæ, & fortunæ cedit, neque conductori minus vtilis esset ea conductio quam si nullam redeundi obligationem haberet. Sicuti latius profequitur Salas tract. de cambis d. 11. n. 2.

2 Potro sunt aliqui casus, in quibus ea traiectione pecuniæ campfori compensatur concessa illi hoc loco tanta quantitate pecuniæ, quantum in loco distant redditurus est. Primum si moneta hoc in loco maioris estimationis sit quam alibi reddenda, quia iam amplius tribuit quam sit accepturus, ac proinde illo incremento traiectionem compensas. Vt bene Rebell. q. 6. Salas d. 8. in fine. Deinde si campfor pecuniam hoc loco sibi donari petit quam tu petis alibi donandam, tua enim concessione concessione campforis compensas. Nam sicut ipse tuam pecuniam aliò vbi tu indiges transferre censeret, sic tu illius pecuniam in hunc locum transferre censeret. Vt bene tradit Ioann. de Salas d. 4. d. 8. n. 2. & d. 11. aduertit aduersus Nauar. & Molin.

PUNCTUM V.

Quo titulo lucrum campfor comparate possit, si ipse prius det pecunias, ut alibi recipiat?

- 1 Aliqui negant esse iustum titulum.
- 2 Verius est esse.

1 Negant esse aliquem titulum lucri obtinendi S. Ant. 1. p. 8. cap. 3. in princ. Sarmientus 7. sel. c. 2. n. 7. & 8. & alij. Neque enim hic interuenire potest titulus virtualis traiectionis. Tum quia ante receptam pecuniam non est traiectionis locus. Tum quia campforis censeret campfor pecunias traicere, non contra. Neque item interuenit titulus maioris estimationis. Nam esto pecunia præsens maiores commoditates regulariter habeat quam absens, id tamen vniuersè verum non est, cum sæpè mercatoribus pecunia absens vtilior sit, illa enim merces aliò vendenda emunt, à quo contractu, & negotiatione lucrosa cogentur abstinere, nisi pecuniam alibi paratam haberent.

Nihilominus verum titulum intercedere posse, vt campfor pecunias prior concedens alibi recepturus lucrum comparet communior est, & verior sententia quam refert, & sequitur Caiet. tr. de camb. c. 8. Sotus 6. de iustit. q. 10. art. 1. Nauar. c. fin. de vsur. num. 25. & in sum. c. 17. n. 289. & 290. & 294. Ioann. Medina de cambis q. 4. & 5. Baias 2. 2. vbi de cambis d. 7. art. vlt. Valen. disp. 5. q. 23. p. 4. Tolet. lib. 5. sum. q. 55. Grassis. 1. p. decis. lib. 2. c. 110. n. 5. Saa verbo cambium, n. 3. & 4. Molin. tract. 2. disp. 404. Lessius cap. 23. dub. 4. Salas tract. de cambis d. 9. n. 2. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 19. n. 9. & alij. Variant autem Doctores in assignatione tituli quo lucrum hoc comparari possit.

Duplicem autem existimo titulum sufficientem esse. Primus est virtualis traiectionis, cui non obstat pecuniam prius à campfore concedi. Nam esto ad formalem, & realem traiectionem opus fuerit pecuniam prius receptam esse, secus ad traiectionem virtualem & eminentem, qua in eo consistit vt beneficio campforis pecunia campforarij absens efficiatur virtute præsens. Neque item obstat campforarium pecuniam campfori transferre, quia transmittit ad commodum, & petitionem sui non campforis, ideoque mercede dignum non est. Secundus titulus sumitur ex maiori estimatione, quam habet pecunia præsens præ absente. Negari enim non potest præsentem pecuniam regulariter commodiorem, & vtiliorem esse, minoribusque periculis expostam. Ob quam causam annui redditus in loco distant soluendi minoris estimationi solent quam soluendi in presentia. Et licet aliquando mercatoribus commodior sit pecunia absens quam præsens, id per accidens est, & eorum indultitæ, & fortunæ est tribuendum, ac proinde estimationem pecuniæ præsentis præ absente non dimittit: hæc enim estimatio nititur his que plerumque contingunt, & ex natura rei obueniunt.

Denique si campfor cum prius recipiat pecunias aliò tradendas recipere auctarium potest, quia campforarium leuat onere transferendi pecuniam in eum locum distantem, à fortiori concedens prius pecuniam campforario alibi ab ipso recipiendam, poterit auctarium recipere, cum ipsum antecederet leuat ab onere transferendi pecuniam absentem in hunc locum vbi ea indiget.

PUNCTUM VI.

An prædicta cambia cum lucro intra idem regnum institui possint?

- 1 Negant aliqui.
- 2 Sed contrarium seclusa lege postposita dicendum est.
- 3 Expenditur lex regia de hac re.

1 Negant Sotus 6. de iustit. q. 10. art. 1. & q. 13. art. 1. Gasp. Koderic. 3. de redditib. q. 5. n. 17. Marien. leg. 8. gloss. 1. tit. 18. lib. 5. noua collect. Ducuntur, quia titulus honestandi auctarij receptionem cambiis est virtualis traiectione pecuniæ periculosa, & difficilis: at intra idem regnum hæc difficultas, & pericula cessant. Ergo cessat titulus quo honeste auctarium in cambio exigi possit.

Nihilominus seclusa lege postposita posse cambium cum lucro intra idem regnum institui, merito docuerunt Nauar. cap. 17. n. 290. & ad cap. fin. de vsur. num. 28. Molin. disp. 405. Tolet. lib. 5. c. 54. Saa verbo cambium, num. 6. Lessius 2. de iustit. c. 23. dub. 4. num. 32. Rebell. 2. p. lib. 11. q. 6. num. 14. Salas tract. de cambis d. 10. & alij. Ratio est manifesta, nam esto plerumque grauiores difficultates & pericula intercedant in traiectione pecuniæ ex vno regno in aliud, ac tamen negari

negari nequit aliquas difficultates & pericula interuenire in traiectione pecunie ex vna in aliam prouinciam, & ex vna in aliam ciuitatem. Ob quam causam agalones mercedem iuste accipiunt. Ergo est sufficiens titulus honestandi auctarium, tamen moderatum iuxta distantiam loci, & pericula, & difficultates quae in traiectione reali intercedere possunt.

3 Dixi seclusa lege positua, eo quod leg. 8. t. 18. lib. 4. noua coll. dicatur mandamus etc. que no puean dar a cambio mavauedia aliquis por ningun interese de un lugar de estos Reynos para otro alguno dellos, ni de vna feria a otra de las que se hacen en estos nuestros Reynos so pena etc. Verum Nauarr. Molina & Salas loc. cit. exilimant hanc legem solum procedere cum campfor prius recepit pecuniam postmodum cum incremento suscipiendam, sicut indicant illa verba, no puean dar a cambio mavauedia aliquis, etc. quia in hac cambij concessione videtur vltra palliari. Non autem prohiberi cambium, quo campfor pecuniam recepit postmodum minorem soluendam.

Sed quamuis vtroque modo cambium prohibitur sit, certum esse debet non esse obligationem restituendi lucri, quod alias seclusa praedicta lege retineri possit. Vt bene aduertit Molin. d. disp. 405. Salas dub. 10. num. 4. quia lex illa dominij translationem non impedit, & poena ibidem imposita sententia saltem declaratoria indiget.

PUNCTUM VII.

An sint tituli alij praeter supradictos, vt possit campfor auctarium recipere?

- 1 Praecipuus titulus est aestimatio maior pecuniae.
- 2 Satisfit obiectio.
- 3 Quod procedit etiam si aestimatio pecuniae ex aliis capitibus quam ex lege procederet.
- 4 Ob dilationem praeside pecuniae soluenda non potest auctarium recipi, bene tamen ob ea quae inde inferuntur.

Statuimus campforem occasione officij cambiendi cui ex praescripto Reipublicae, vel ex propria voluntate addictus est, & ratione damni emergentis, vel lucri cessantis itemque ob traiectionem virtualem aliquod lucrum vltra sortem datam recipere posse. Restat videndum an sint alij tituli quibus haec receptio honestetur.

1 Respondeo praecipuum titulum esse aestimationem maiorem pecuniae. Etenim si campfor Metumae pecuniam recipiat in Flandria concedendam non solum titulo traiectionis virtualis recipit lucrum, sed ratione maioris aestimationis quam pecunia haberet eo loco vbi redditurus est. Sicut bene docet Lessius lib. 2. cap. 23. dub. 4. n. 34. & sequentibus. Molin. disp. 406. in calce. & disp. 410. Salas tract. de cambijs, dub. 12. Nam vltra titulum traiectionis reddit amplius quam accepit.

2 Quod si dicas cum Socio 6. de iustit. q. 12. art. 2. si campfor tuam pecuniam Metumae receptam transmitteret Flandriam, eo ipso plus aestimaretur. Ergo ea maior aestimatio transmissio aneixa est. Ergo campfor recipiens lucrum ob translationem nequit aliud lucrum pro aestimato que maiori moneta recipere. Respondeo translationem quae in cambio intercedit non esse realem, & physicam, sed moralem, & aequiualentem, quatenus obligatur recipiens raramdem ex suis bonis restituere. Cum autem pecunia eo in loco vbi restituenda est maiorem contineat valorem, consequens est sic obligatum ob eam causam posse secluso titulo traiectionis compensationem petere. Quod sic manifeste probatur. Si enim pecuniae vtroque eandem haberent valorem, posset campfor titulo traiectionis lucrum exigere. Ergo addita traiectioni maiore pecuniae soluenda aestimatio poterit ob hanc causam lucrum velle.

3 Grauior tamen est dubitatio, cum haec maior pecuniae aestimatio ex aliis capitibus extrinsecis procedit, & non ex lege: nimirum quia pecunia vbi a campfore datur rarior est, vel pauciores sunt qui ad cambium concedant; Medina de cambijs, q. 4. §. illud tamen, censet ob raritatem pecuniae non esse pretium cambi augendum, quia est eiusdem aestimationis legalis, alias liceret acceptis mutuo centum minus reddere, si tempore solutionis raras pecuniae contingat.

Ceterum dicendum est ex hoc capite pretium cambi augeri posse, quia esto pecunia cum illius est copia tanti aestimetur legali aestimatione quanti aestimatur cum est illius penuria, tamen absolute minoris aestimationis est maiorque illius copia exhibetur in rerum venalium emptione. Sed cambi pretium augetur quo res cambienda maioris aestimationis est: ergo ex hoc capite augeri pretium cambi poterit. Aequa ita sentit Socus 6. de iustit. q. 10. art. 2. Nauarr. cap. fin. de vsur. num. 61. Rebella. 2. p. lib. 10. quest. 8. num. 9. Tolet. lib. 5. c. 53. Salas de censib. dub. 35. Quod vtro eandem

pecuniae quantitatem soluere debeat, siue pecuniae copia, siue penuria sit, prout ex eo quod in mutuo pecuniae tantum spectatur illius valor in ratione pecuniae.

Quod diximus ex pecunia, & raritate pecuniae pretium cambi augeri posse. Idem est dicendum obinde pretium pauci sunt, & petentes ad cambium multi. Sicut enim ex multitudine emporum, & paucitate videntium merces pretium augetur. Sic ex multitudine ementium cambium, & paucitate vendentium, augeri debet. Etenim eo cuncta pecunia plus aestimatur, sicuti aduertit Caietan. opus de cambijs, cap. 7. Medina vbi de cambijs, q. 4. §. auferre. Tolet. lib. 5. c. 53. Saa verbo cambium n. 3. Salas dub. 36.

Secundus titulus a pluribus enumeratus est delatio pecuniae soluenda. Concedit enim campfor pecuniam ante mandatas soluendam mandatum tempore. Quo igitur longius fuerit tempus dilatae solutionis, eo maius incrementum erigit. Sed certe hic titulus explicatio indiget: nam ob dilationem temporis praeside consideratur certum est nullum lucrum comparari posse: alias vltus omnes liceret. Quapropter non ob dilationem temporis, sed ob ea quae dilatio coniuncta sunt incrementum campfor recipere poterit. Etenim quo magis campfor solutionem differre permittit eo periculosior est, & sibi incommodior, cum interim locandi occasione priuetur. Ergo ob hanc causam exigere compensationem poterit, vt bene fecerunt omnes Doctores tradit Medinas, de cambijs, q. 2. Valen. q. 23. par. 4. Tolet. lib. 5. cap. 53. num. 4. Molina disp. 404. Lessius cap. 23. dub. 6. Salas dub. 18. Layman. cap. 19. ante finem.

Verum hic titulus ad damnum emergens, & ad lucrum cessans reducitur, ideoque accidentaliter est, & interdum adesse potest. Quapropter alteri titulo vniuersaliori inharendum censet Molina, Lessius, Layman, & Salas loc. cit. existimat enim vniuersae pecuniam plus aestimari, quo plures sunt merces aut euadinas. Tum quia pecunia rarior est. Tum quia sunt plures cambium exigentes. Ergo ratione huius maioris valoris poterit campfor pretium augere, sicuti est via receptum. Illud pro certo habendum quo maior copia pecuniae a campfore solitur, eo pretium cambi augeri posse, quia censetur maior difficultas intercedere in eius congectione numeratione & solutione. Sicuti inquit Rebella. p. a. obliq. lib. 12. quest. 8. numero 7. Graffis. 1. p. disp. lib. 2. c. 10. n. 4. Salas tract. de cambijs num. 34.

PUNCTUM VIII.

Licitumne sit cambium cum lucro concessum ei qui nullam pecuniam habet in loco solutioni destinato?

- 1 Cum id cor'di scio non est cambium, nec lucrum.
- 2 Sed cum ignoraret processu tenetur campforius compensare.

Si certo sciam eum etiam pecuniam ad cambium concedo nullam pecuniam habiturum nec per se, neque per alium etiam a cambium sumptum, quia post solutionem in loco destinato praestare, nullatenus possem auctarium vltus recipere, quia nullum ibi cambium intercedere possit, cum nulla sit pecunia campfori quae meam permutem. Sicuti ex omnium sententia tradit Syluest. verb. vltus a. q. 9. d. 15. Caiet. opus de cambijs, cap. 1. Socus 6. de iustit. quest. 10. art. 1. Nauarr. cap. 17. num. 286. 290. & 298. & cap. fin. de vsur. n. 5. & 29. Gaspar. Roderic. 3. de reditib. qu. 5. num. 17. Molina disp. 404. Cavalcan. decis. 12. num. 22. & seq. Rebella. 2. part. lib. 1. q. 6. concl. 3. Lessius cap. 23. dub. 7. Salas aliis relictis dub. 14. & decisum est a Pio V. in bulla de cambijs, edita anno 1564. & 1570.

Sed grauis est difficultas, an possim lucrum praedictum accipere, cum bona fide processu. Negant Pet. de Ledema 1. part. summ. tract. 8. de cambijs, conclus. 5. Vega in summ. verbo cambium, casu 22. & in epitome eodem. & casu 32. Salas tract. de cambijs, dub. 15. Ducuntur, quia cambium esse non potest vbi non est pecunia permutanda. Ergo neque lucrum cambi.

Praeterea lucrum illud non debetur ex contractu cum nullus fuerit, tum ex defectu pecuniae, tum ex defectu voluntatis campfori obligandi. At ex alio capite debetur non potest. Superest ergo vt solum mihi debeatur compensatio damni emergentis, aut lucri cessantis, si quod ex datione pecuniae proueniat. Restius tamen contractum docuit nosse Molina disp. 404. Lessius lib. 2. cap. 23. dub. 7. num. 89. Nam licet ille contractus nullus fuerit, obligatur tamen sic contractus non tam ex vi contractus quam ex vi deceptionis compensare decepto quantum sua intererat contractum verum esse, alias non videtur iniuria satis facere.

